Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD CHORIN

parvulis in Christo lac vobis potum
dedi non escam. Nondum enim poteratis intellegere sed nec nunc quidem
potestis intellegere adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos
zelus et contencio nonne carnales
estis et secundum hominem ambla
tis. Cum enim quis dicat. Ego quidem
sum pauli. Alius autem ego sum appo
no. nonne homines estis. Quid igi
tur est apollo. quid no paulus. Mi
nistri eius cui credidistis. et unicu
que sicut deus dedit. Ego plantavi.
Apollo rigavit. sed deus incremen
tum dedit. Itaque neque qui plantat e
aliquid neque qui rigat. sed qui tri
mentum dat deus. Qui autem plan
tat et qui rigat unum sunt. Unusquis
que autem propriam mercedem accipiet secu
dum suum laborem. Dei enim sum
ad iutores dei agricultura estis di
edificacio estis. Secundum gratiam
dei que data est mihi. ut sapiens
architectus fundamentum posui. a
lius autem superedificat. Unusquisque
autem videat quomodo superedifi
cet. fundamentum enim aliud nemo
potest ponere preter id quod po
situm est. quod est christus ihesus
Si quis autem superedificat super fundamentum hoc aurum et argentum
lapides pretiosos. lignum. fenum. stipulam. unuscuiusque opus manifestum
erit. Dies enim domini dicabit. quia in igne revelabitur. et unicuique opus quale
sit ignis probabit. Si cui opus manserit quod superedificavit mercedem accipiet. Si cuius opus ar
serit detrimentum patietur. Ipse
autem saluus erit. sic tamen quasi per
ignem. Nescitis quia templum dei
estis vos et spiritus sanctus habitat
in vobis. Si quis autem templum dei
violauit. disperdet illum deus. Templum
enim dei sanctum est quod estis vos.
Nemo vos seducat. Si quis
inter vos videtur sapi ens
esse in hoc seculo. stultus fiat
ut sit sapiens. Sapientia enim
huius mundi stultitia est apud deum
Scriptum est enim. Comprehendam
sapientes in astutia eorum. Et iterum. Dominus nouit cogitacio
nes hominum quoniam uane sunt. Nemo
itaque glorietur in hominibus. Omnia
enim vestra sunt. sive paulus sive
apollo. sive cephas. sive mundus.
sive vita. sive mors. sive presencia.
sive futura. Omnia enim vestra sunt.
vos autem christi. christus autem dei.

Sic nos IIII

existimet homo ut ministri
et dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quaeritur nu dispensatores ut fideles quis inuenia
tur. Mihi autem pro minimo est.
ut a vobis iudicer aut ab humano
die. Sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum. sed non
in hoc iustificatus sum. Qui autem
iudicat me dominus est. Itaque no
lite ante tempus iudicare. quoad
usque veniat dominus. qui et illumi
nabit abscondita tenebrarum et ma
nifestabit consilia cordium et tunc